Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



A. Secus decursus aquarum plantauit uiam
iustorum sed in lege domini fuit uoluntas
eorum. P. Beatus uir. A. Predicantes
preceptum domini constituti sunt in mon
te sancto eius. P. Quare fremuerunt.
A. Filii hominum scitote quia dominus
sanctos suos mirificauit. P. Cum inuocarem.
A. Scuto bone uoluntatis tue coronasti eos
domine. P. Verba mea. A. In uniuersa
terra gloria et honore coronasti eos. P. Do
mine dns nr. A. Habitabunt in taberna
culo tuo requiescent in monte scto tuo.
P. Dne qs habitabit. V. Letamini in dno. &.

SERMO. S. AVGVSTINI EPI.

Predicatur nouus ab infanti
bus sermo sanctis laudibus
xpi. in glam dni primam uo
cem aperiunt innocentes. fiunt di
serti laude qui fuerant imperiti
sermone. Offerunt dno primicias
lingue. nouos oris immolant fruc
tus. uerborum principia libant. Tu aut.

R. Sub altare dei audiui uoces occi
sorum dicentium quare non de
fendis sanguinem nostrum et ac
ceperunt diuinum responsum
adhuc sustinete modicum tempus donec
impleatur numerus fratrum uestrorum.
V. Vidi sub ara dei animas occisorum prop
ter uerbum dei quod habebant et clara
uoce dicebant. Quare. Infantia enim
que per etatem loqui non poterat. glo
riam dno cum gaudio resonabat.
Norunt laudare xpm. qui loqui non
norunt. fiunt periti laude qui fu
erant imperiti sermone. Ostendunt
laudibus dnm. suffragiis predicant
xpm. R. Effuderunt sanguinem san
torum uelut aquam in circuitu ieru
salem et non erat qui sepeliret. V. Vin
dica domine sanguinem sanctorum
tuorum qui effusus est. In circuitu.
Fiunt interea pueri sine magistro
diserti. docti sine doctore. periti si
ne eruditore. Agnoscunt xpm. pre
dicant dnm. non quem persuasio huma
na docuerat. s; quem diuinitas in
nocentibus inspirabat. Cessant enim
humana cum diuina tractantur.
quia humana ipsa prodesse non poterunt.
nisi diuinorum solatio subleuentur.
R. Adorauerunt uiuentem in secula seculo
rum mittentes coronas suas ante thronum
domini dei sui. V. Venientes autem ueni
ent cum exultatione portantes mani
pulos suos. Mittentes.
Erigitur itaque infantum etas in
laudem. que delictorum non nouerat cri
men. Dignus a dignis laudatur. et in
nocens innocentium testimonio pre
dicatur. Accipiunt enim a xpo et
reddunt. consecuntur et referunt.
Vno enim tempore et qui dederat
recepit. et qui acceperat reddit.
R. Isti sunt sancti qui passi sunt propter
te domine uindica eos quia clamant ad